BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS

32

THÈSES ANCIENNES DU XVIIIe SIÈCLE

1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS (Nicolas)	Théologie	4[févr.]1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22[juil]1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	[8 févr]1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et 15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et 16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	[6 déc.]1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	[23]fév.1631	I	24 ,et 24bis.
BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION (Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30

BOUCHER (Joseph)	Théologie	[4]janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et 38bis.
BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et 41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et 44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvi.1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéris)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	[12]jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et 63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et 64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	[30]août1654	I	65 ;et 65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	[27]août1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)	Droit	20 mars 1666	I I	69 ,et 69bis.
COMMINGE (Pierre)	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de)	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François)	Philosophie	13 août 1662	I I	73 ,et 73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François)	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée)	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume)	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHAUS (Jacques)	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard)	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre)	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel)	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion)	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis)	Philosophie	29 juin 1665	I I	89 ,et 89bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis)	Philosophie	25 juil.1662	I I	88 ,et 88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis)	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude)	Théologie	/11/ fév.1653	I	91
DIROYS (François)	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François)	Théologie	/11/ jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon)	Théologie	../avr./ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre)	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles)	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André)	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe)	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles)	Philosophie	11 sept.1661	I I I	103,et) 103bis) 103ter)
FORCEDEBRAS (Charles)	Théologie	15 mai 1656	I I	104,et) 104 bis)
FOUCQUET (Yvon)	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT (Charles)	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine)	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme)	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure)	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien)	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)	Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre)	Philosophie	25 juil.1660	I. I	112 ,et 112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond)	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)	Philosophie	9 juill.1656	I	115
GOYET DE BECHEREL (François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)	Théologie	/27/ fév.1662	I	117
GUENON (François)	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François)	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis)	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien)	Philosophie	19 août 1659	I I	123 ,et 123bis.
HACTE (Nicolas)	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André)	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)	Médecine	 1646	I I	127 ,et 127bis.
HARLE (Jean-Baptiste)	Philosophie	ler août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)	Philosophie	7 juin 1664	I I	129 ,et 129bis.
HENNEQUIN (François-Louis)	Philosophie	9 juill.1658	I I	130 ,et 130bis.
HOULLIER (Etienne)	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')	Philosophie	26 juin/.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François)	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François)	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre)	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean)	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas)	Philosophie	9 juill.1662	I I I	138 ,et) 138bis) 138ter)
JOUVIN (Jacques-François)	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean)	Théologie	23 oct. 1659	I I I	143,et) 143bis) 143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de)	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	ler juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de)	Philosophie	2 août 1654	I I	146 ,et 146bis.
LAMY (Jean)	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)	Théologie	5 mai 1658	I I	148 ,et 148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de)	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de)	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François)	Philosophie	13 févr.1665	I	150

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ.

EX LOGICIS.

I.

PHILOSOPHIA Adamo infuſa poſterorum negligentiâ tota fere perierat; cùm priſci Philoſophi admiratione animos excitante, & exemplo monſtrante viam, aliquam repararunt, quæ ad nos vſque fœliciter eſt deriuata.

II.

LOGICA eſt ars liberalis, & ſcientia practica, ad cæteras ſcientias in ſtatu perfecto comparandas ſummè neceſſaria, circa orationem Logicam occupata: diuiditur in docentem & vtentem; quæ à ſe inuicem ſolâ ratione differunt.

III.

QVINQVE ſunt vniuerſalia; & illa nec ſunt ideæ, nec conceptiones, nec voces; ſed ipſæ res; quæ tamen vniuerſalitatem completam non habent à naturâ. Gradus Metaphyſici eiuſdem indiuidui virtute tantùm diſtinguuntur.

IV.

GENVS non includitur in differentijs. In ſpeciebus nulla eſt aliquãdo differentia ſimplex reciproca. Dantur ſpecies infimæ: omnes tamen gradus, qui tales habentur, tales non ſunt. Singula indiui dua ſuas habent differentias numericas.

V.

CATEGORIA eſt ſeries rerum, non terminorum. Ens reale, prout commune eſt enti completo, & incompleto, analogum eſt: ens verò eſſentialiter completum eſt genus vniuocum. Itaque vnica eſt duntaxat ſpeculatiuè categoria.

VI.

PRÆDICAMENTVM ſubſtantiæ cælos, & Angelos includit; nec Deum excludit. Categoria quantitatis lineam, ſuperficiem, corpus, & tēpus recipit; cætera reſpuit: forma tamen numeri non pendet à mente. Quatuor ſunt qualitatis ſpecies.

VII.

DATVR relatio Categorica, quæ nec eſt denominatio externa; nec entitas ſuperaddita, nec complexio ſubiecti, fundamenti, & termini: ſed ipſum fundamentum prout connotat terminum: vna aliam fundat: nulla eſt non mutua.

VIII.

SEPTEM vltima genera ſunt verè categorica, non ſunt tamen à ſuis ſubiectis realiter (vt aiunt) *modaliter* diſtincta: valeant ergo actiones, vbicationes, & durationes modales, cæteræque eiuſdem farinæ prorsùs futiles reculæ.

IX.

VOCES ſunt tantùm ſigna arbitraria rerum, & conceptuum. Tres tantùm ſunt mentis operationes. Propoſitionum ſingularium contradictoriarum de futuro contingenti vna eſt determinatè vera, altera verò determinatè falſa.

X.

SCIENTIA non acquiritur per reminiſcentiam: etſi eius actus certus ſit, & euidens: hoc tamen non impedit, quominus cum actu opinionis, & fidei circa idem obiectum ſtare poſſit, etiam naturaliter. Scientia totalis non eſt ſimplex qualitas.

EX MORALIBVS.

I.

ETHICA eſt prudentia, & ſcientia humanarum actionum directrix. Inter eius ſpecies nobiliſſima eſt Politica, ſicut inter Politicæ ſpecies Monarchica, præſertim dum ſceptrum hæreditario iure deuoluitur ad poſteros.

II.

BONVM & finis non reciprocantur. Malum vt ſic appeti non poteſt. Belluæ agere non poſſunt propter finem formaliter. Repugnat eumdem hominem ſimul & ſemel ſibi proponere plures fines totales ſimpliciter vltimos.

III.

BEATVS *populus, cuius Dominus Deus eius*. Verùm beatitudo hominis tunc tantùm erit eſſentialiter completa, cum Deus animæ ſe videndum & amandum dabit, & rediuiuum corpus immortalitate donatum perfectè inhabitabit.

IV.

VOLVNTAS eſt facultatum domina, vel regina; nam virtuti motrici imperat deſpoticè: intellectui, phantaſiæ, appetitui ſentienti politicè: cæteris indirectè. Sedes eſt liberi arbitrij, quod optimè definitur à ſancto Thoma *Vis electiua*.

V.

HABITVS omnes naturales aut ſunt cognoſcitiui, aut appetitiui; cognoſcitiui non diſtinguuntur à ſpeciebus expreſſis; ſicut nec appetitiui à ponderibus: non perimuntur per contrarios; ſed ſolâ actuum ceſſatione euaneſcunt.

VI.

VIRTVS moralis eſt habitus eſſentialiter bonus. Omnis eſt in voluntate. Omnis eſt inter duo vitia, demptis iuſtitiæ ſpeciebus aliis à vindicatiuâ; tot tamen ſunt virtutes, quot vitia. Vna virtus ſine aliâ heroica eſſe non poteſt.

VII.

PRVDENTIA totalis ex multis habitibus partialibus coaleſcit. Iuſtitia legalis eſt virtus à cæteris realiter diſtincta. Iudex in cauſâ capitali iudicare debet ſecundùm allegata & probata, etiam contra propriam ſcientiam.

VIII.

FORTITVDO magis elucet in ſuſtinendo, quam in aggrediendo. Nec vulgare duellum, nec directa ſui ipſius occiſio actus ſunt fortitudinis. Temperantia propriè dicta verſatur tantùm circa voluptates guſtûs & tactûs.

IX.

VOLVNTAS cogi non poteſt ad actus elicitos. Quæ fiunt ex ignorantiâ antecedente ſunt inuoluntaria; quæ ex conſequente voluntaria; quæ ex concomitante neutra. Actiones ex metu, & concupiſcentiâ factæ ſunt ſimpliciter voluntariæ.

X.

BONITAS moralis eſt conformitas cum recta ratione: malitia verò non niſi priuatio, vel negatio. Omnis actio humana in indiuiduo bona eſt, vel mala. Paſſiones ex ſe non ſunt vitioſæ; ſed ad bonum & malum vſum flexibiles.

EX METAPHYSICIS.

I.

METAPHYSICA eſt ſapientia, & ſcientia ſpeculatiua, quæ circa ens completum ab omni materiâ auulſum occupatur. Primum principium cognitionis complexum eſt illud *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*.

II.

POTENTIA obedientialis limitanda eſt ad eos effectus, ad quos creaturæ proportionem quamdam habent inchoatam. Creaturarum poſſibilitas ab omnipotentiâ diuinâ primariò non eſt repetenda. Eſſentiæ non ſunt ab æterno.

III.

PERIPATETICA cauſæ diuiſio in quatuor vulgata genera nec immediata eſt, nec infima: eſt tamen adæquata. Poſſibilis eſt per abſolutam Dei potentiam reproductio cuiuſlibet effectûs non modò corrupti, ſed & adhuc exiſtentis.

IV.

CAVSÆ ſecundæ egent, vt à Deo immediatè conſeruentur in eſſe; & adiuuentur in operari: ſed per concurſum tantûm, non autem per præcurſum Phyſicum. Determinatio ad indiuiduum à cauſâ primâ neceſſariò repetenda.

V.

INDISTANTIA agentis à paſſo conditio eſt ad agendum ita requiſita, vt contradictionem inuoluat, agens agere in paſſum omninò diſtans. Cauſæ ſecundæ determinatam habent actiuitatis ſphæram; adeout detur tandem gradus ſterilis.

VI.

CAVSA finalis & exemplaris ſunt veræ cauſæ: non tamen Phyſicæ. Illa diſtinctum cauſæ genus conſtituit: hæc ab Ariſtotele commodè reuocatur ad formam. Vtraque per conceptum obiectiuum influit: neutra per formalem.

VII.

NEC ſubſiſtentia modus eſt ſubſtantiæ ſuperadditus: nec inhærentia accidenti. Sed ſubſiſtentia eſt ipſa ſubſtantia prout habet rationem entis vltimò completi. Inhærentia verò eſt vnio à formâ & ſubiecto realiter indiſtincta.

VIII.

VANI ſunt homines, qui ex iis quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum *qui eſt*; à magnitudine enim creaturarum poteſt creator cognoſci. Deus non eſt in ſpatiis imaginariis, cùm ſpatia imaginaria reuerâ ſint imaginaria.

IX.

INFINITVDO categorematica ita Deo propria eſt, vt nulli prorſus creaturæ poſſit communicari. Hinc magnitudo immenſa; numerus innumerus; creatura vlla etiam permanens, æterna; cauſa ſecunda creatrix, meræ ſunt Chimæræ.

X.

ANGELORVM exiſtentia demonſtrari non poteſt. Sunt ſubſtantiæ ſpiritales, proindeque intellectiuæ. Suas ſpecies intelligibiles habent à Deo. Cogitationes cordium non penetrant, de quibus tamen coniecturaliter poſſunt ratiocinari.

EX PHYSICIS.

I.

PHYSICA eſt ſcientia corporis naturalis contemplatrix. Principia interna Phyſica multa ſunt; non tamen infinita; ſed compoſitionis duo, materia, & forma: generationis verò cuiuſlibet tria, materia, forma, & priuatio.

II.

MATERIA prima eſt pura potentia Phyſica; nec vllam corporeitatis formam includit: non eſt tamen pura potentia Metaphyſica, cum propriam habeat differentiam: exiſtentiam habet ab exiſtentiâ form. ſubſtantialis verè diſtinctam.

III.

FORMAE ſubſtantiales in materiâ ante generationem actu non deliteſcunt. Non producuntur ab intelligentiis, ſed ab agentibus naturalibus è materiæ ſinu educuntur. Excipienda tamen eſt anima rationalis, quæ à Deo immediatè creatur.

IV.

NATVRA duplex eſt, materia ſcilicet, & forma: ambæ ſunt de eſſentiâ corporis naturalis; ad quod componendum non indigent vllo glutine modali. Totum phyſicum non eſt entitas à partibus vnitis collectiuè ſumptis diſtincta.

V.

VNICA eſt magnitudo in vno corpore naturali, eaque à materiâ realiter diſtincta. Non conſtat indiuiſibilibus; ſed partibus actu diſtinctis in infinitum diuiduis. Penetratio dimenſionum naturaliter fieri non poteſt: diuinitùs poteſt.

VI.

IDEM corpus ſimul collocari poteſt diuinitùs in pluribus locis, etiam circumſcriptiuè. Vacuum non eſt impoſſibile. Licet motus ſit ex ſe ſucceſſiuus, quilibet tamen in inſtanti poſſibilis eſt, etiam localis. Proiecta nō mouentur à ſolo medio.

VII.

COELI conſtant materiâ & formâ. Eorum materia eiuſdem eſt rationis cum ſublunari; non mouentur à ſeipſis, ſed ab intelligentiis. Tres tantùm ſunt, quorum infimum eſt fluidum. Syſtema Copernicanum non poteſt ratione refelli.

VIII.

QVATVOR ſunt elementa, ſcilicet ignis, aër, aqua, & terra: admittendus eſt ignis in concauo lunæ. In mixto perfecto elementa virtualiter tantùm continentur. In corruptione non datur reſolutio vſque ad materiam primam.

IX.

VNICA ſufficit anima in vnoquoque viuente. Itaque inutilis eſt ſucceſſio animarum in generatione hominis: inutilis triplex ſimul in homine anima: inutiles formæ ſubſtantiales partiales: inutiles potentiæ vitales re ab animâ diſtinctæ.

X.

ANIMA rationalis eſt ſubſtantia ſpiritualis; ideoque immortalis. Neceſſariæ ſunt ad cognitionem ſpecies, tum ſenſibiles, tum intelligibiles; quarum illæ veniunt ab obiectis mediatè, vel immediatè: hæ verò ab intellectu agente cuduntur.

Has Theſes, Deo duce, & Virgine Deiparâ auſpice, propugnare conabitur LEONARDVS AVMONT *Pariſinus, Die Dominica* 28. *Iulij, quæ ſacra eſt Sanctæ Annæ, Anno Domini* 1658. *à ſecundâ ad veſperam.*

Arbiter erit PETRVS BARBAY *Philoſophiæ Profeſſor.*

PRO SEXTO ACTV PVBLICO, ET LAVREA ARTIVM.

IN AVLA PRÆLLEO-BELLOVACA